te miſceatur pani, cùm ipſo pane fieri digeſtibi-
n, aliâs non, & hoc in corpore ſano, in ægro uerò
nimè. Plura lege de hoc ſupra cap. 9.

ALIVD.

gnari medici me dicunt eſſe nociuum:
Sed tamen ignorant cur nocumenta
feram.
Languenti ſtomacho caſeus addit
opem.
Si poſt ſumatur terminat ille dapes.
ui Phyſicen non ignorant hæc teſtifi-
canrur.

Ecphraſis.

In duobus hiſce prioribus uerſibus eſt Proſo-
peia, fingitur enim perſona caſei ſeſe defenden-
contra uituperatores, dicit enim: Ignari medi
, id eſt, indocti & medicinæ ignari, dicunt me, ui
licet caſeum in genere eſſe nociuum, cùm tamen
ſi ignorant cauſſam, quare naturæ humanæ no-
re dicar. Deinde recenſentur duæ utilitates
mpti caſei. Prima eſt, caſeum conferre ſto-
acho ægrotanti: ubi tamen notandum, non quem
s caſeum cuilibet languenti ſtomacho opem fer-
, ſed in certis quibuſdam caſibus omnem caſeum
cere, nimirum ſtomacho raræ texturæ, & cui-
bet ſtomacho ex longa ægritudine debilitato.

Cæte-